



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Visitatione per Prælatos facienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

TIT. XXVII. DE VITA ET HON. 45

castitatem; c. diaconus. 1. §. hāc au^toritate. dist. 27. vel in matrimonio, si sint Orientales, c. ut clericorum. 13. hic. servent; ut & modum in cibo & potu, dist. 35. per tot. id est, eum, licet delicatum, pro sustentatione corporis inge-
rant, c. quisquis. 1. §. nam in omnibus hujusmodi. dist. 41. ebrietati non sint dediti, d. dist. 35. per tot. nec alias ad bi-
bendum incitent: c. à crapula. 14. hic. nec bibendi vel
edendi causâ tabernas, nisi peregrinentur, intrent; c. Cle-
rici. 15. eod. c. Clerici. 4. dist. 44. nec aleis ludant; nec
aleatoribus intersint, d. c. Clerici. 15. hic.

Circa habitum corporis & vestitum; ut vestium & or-
namentorum, quæ Clericorum usui sunt, formam præfini-
tam servent; c. Clerici. 15. hic. comam nec barbam nu-
triant, c. Clerici. 15. & c. si quis. 4. eod. nec vestibus, nec
calceamentis decorum quærant. c. Clericus. fin. dist. 41.
Contra si sine justa causa fecerint, beneficii, si habent, fru-
ctibus, semestris patio privantur; si non habent, sex men-
sibus ad Ecclesiasticum beneficium adspirare vetantur: si
sint in dignitate constituti, aut beneficium curatum vel
personatum habeant, anni unius fructuum jacturâ mul-
tantur. Clem. fin. hic.

Hæc omnia ut melius servent, prohibitum iis simul
cum mulieribus, de quibus incontinentiæ suspicio esse pos-
sit, c. 1. cum sim. de cohab. cleric. & mulier. habitare; Ma-
trem, sororem, amitam, neptem, in quibus naturale fœdus
nihil permittit sœvi criminis suspicari, domi habere pos-
sunt. c. à nobis. 9. eod. c. interdixit. 16. dist. 32. Nisi secum
ancillas & pedissequas ducant. c. 1. eod.

De visitatione per Prælatos facienda.

TIT. XXVIII.

UT Clerici omnes, ut & Laïci, à vitiis, animarum sa-
luti ob futuris, abstineant, debent Prælati, jurisdictio-
nem habentes, Abb. c. cum Apostolus. 3. no. de censib. loca-
sibi subjecta, quolibet anno, semel invisere; c. 14. decre-
vimus.

vimus. c. 11. Episcopum. 10. qu. 1. & proposito Dei verbo, diligenter in vitam & conversationem Ecclesiis vel quibuscumque piis locis ministrantium inquirere, malè si audire inveniant, ipsorum Ordinariis indicare, notoria **crimina ulcisci**, *c. 1. §. sanè. de censib.* populum cohortationibus & admonitionibus, ad religionem, pacem, innocentiam accendere. *Concil. Trident. c. 3. sess. 24. de reformat.*

Visitandi potestatem habent, Cardinales Legati, *c. procurationes. 23. de censib. c. mandamus. ubi Abb. de offic. Archid.* Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, proprio nomine: alieno, puta Episcopi nomine, Archidiaconi, Decani; nisi jus parochiam suam visitandi præscriperint; *Abb. d. c. cum Apostolus.* proprio nomine Abbates, Piores, & alii Prælati regulares, ac Canonici regulares; monasteria aliqua loca eis subjecta.

Hie ea visitant vel per se, vel per visitatores in eorum Capitulis deputandos.

Qui formam à jure præscriptam ad unguem debent servare. *c. in singulis. 7. c. ea qua. 8. de stat. mon. Pavin. tr. de visit. qu. 2. prim. part.*

Nullus subditus à visitationis onere se immunem esse, præscriptione tueri potest. *c. cum ex officio. 16. de præscript.*

Pro visitatione debetur Procuratio. *de qua infra lib. 2. tit. 36.*

De Privilegiis Clericorum.

T I T. XXIX.

Clerici vitæ honestatem servantes variis, tam circa eorum personas, quam res, & actiones, gaudent privilegiis.

Circa personas; quod Laicis habeantur digniores; *c. beatus. 5. 6. qu. 1.* hi illis non debeant imperare; *c. Ecclesia. 10. de constit. c. fin. de reb. Eccles. non alien.* nec violentiam inferre; ni excommunicari ipso iure velint; *c. 29. si quis*